- A. 2. Operarijs ſuis. His pactum fideliter ſervat. Jubet enim unicuiq; dare mercedem ſuam. Obſerva autem,
  - 1. Tempus, quando Solutio facta ſit: Veſperi, v. 8.
  - 2. Perſonam per quam: Per Procuratorem Patrisfamiliàs, v. 8. Chriſtum.
  - 3. Ordinem, quem in reddenda mercede ſervari præcepit, v. 8. (Huc prius ἀποδόσεως membrum ſpectat: Sic noviſſimi erunt primi.) Murmur hîc oritur adverſus Patremfamiliàs, v. 11. & ponitur ejus cauſa, tùm
    - 1. Impulſiva: quòd videlicet primi iſti ſpe ſuâ exciderint, v. 9. 10. 11.
    - 2. Formalis, cujus duæ ſunt partes:
      - 1. Accuſatio, quâ Dominum Vineæ injuſtitiæ impudenter arguunt: Argumento à minori ad majus, h. e. exiguo Cooperariorum ſuorum noviſſimorum labore, cum ſuo diurno & moleſto, per comparationem, ducto, v. 12.
      - 2. Defenſio patrisfamiliàs, negantis injuriam ipſis fieri
        - 1. Ex pacto, v. 13. Enthymema:
          - 1. Nonné denario pactus es mecum? v. 13. Utiq;.
          - 2. Tolle itaq;, quod tuum eſt, & abi, v. 14. (Eijcitur ex vinea, fit ex primo poſtremus.)
        - 2. A libera voluntate ſuâ, v. 14.
        - 3. A jure Dominij, v. 15.
        - 4. A Bonitate ſua, ibid.

Sexageſimæ, Luc. 8, 4. —— 15.

- CHRISTUS hoc etiam loco elegantem proponit Parabolam atq; exponit: De diſſimili caſu Semētis. Illius autem tres ſunt partes:
  - 1. Ἀφορμή. Maximus ille populi confluxus ſeu concurſus, v. 4.
  - 2. Μορφή. Hæc recenſet,
    - 1. Agricolæ cujusdam Egreſſum, cujus notatur &
      - 1. Finis, quare exierit: Ad ſeminandum ſemen SUUM, v. 5.
      - 2. Succeſſus, quomodo ſucceſſerit ei. partim
        - 1. Malè. Nam inter ſeminā̄dum aliud cecidit,
          - 1. Circa viam, quod fuit partim
            - 1. Pedib. conculcatum, v. 5.
            - 2. A Volucrib. devoratum, ibid.
          - 2. Super petram. Hoc enatum, propter humoris defectum exaruit, v. 6.
          - 3. Inter Spinas, quæ unà enatæ, illud ſuffocaverunt, v. 7.
        - 2. Benè, ob bonitatem terræ cujusdam, quæ ſemen excepit, quod enatum, fructum protulit centuplum, v. 8. da iſt er ſeines ſchadens wider herein kommen.
    - 2. CHRISTI ἐκφώνησιν, Attentionis ergò ſubjunctum, v. 9.
  - 3. Ἔκφρασις. Expoſitionis cauſa.
    - 1. Impulſiva, ſive occaſio: Interrogatio Diſcipulorum de Parabola: quidnam iſta ſibi velit? v. 9.
    - 2. Formalis habet
      - 1. Ἐγκώμιον φιλομαθείας Diſcipulorum, ſive præmium, κατ' ἀντίθεσιν v. 10.
      - 2. Ἀλληγορίαν.
        - 1. Seminis, quod ſit Verbum DEI, v. 11.
        - 2. Terræ.
          - 1. Tritæ, 2. Petroſæ, 3 Spinoſæ. 4. Bonæ, Per quam ſignificentur Auditores
            - 1. Ἄκαρποι ἢ ἀσύνετοι. v. 12. quorum miſera conditio inibi deſcribitur.
            - 2. Πρόσκαιροι. v. 13.
            - 3. Φιλήδονοι καὶ φιλάργυροι μᾶλλον, ἢ φιλόθεοι. v. 14
            - 4. Πολύκαρποι. v. 15. obſerva modum πολυκαρποφορίας.

Sächſiſche Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375805311/18
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG